



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacramentis, Mille Sexcenti Errores, Vaniloquia, Et
Cavillationes**

Miletus, Vitus

Mogvntiae, 1593

VD16 M 5205

De Comparatione Sacramentorum ad inuicem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30094

De Comparatione Sacramento-
rum ad inuicem.

Kemnit. in 2. par.
et pag. 17.

SAcramentum nullum dignius esse altero, quod
199. Seodem omnia constent verbo. *Luth. de Instit. Ministr.*
Pragens. Quasi verò, si respectu vno sint paria, nullo esse
possint diuersa? Et quodnam dignius Eucharistia? in quo non so-
lum gratia, ut in cæteris, sed ipse fons continetur & confertur o-
mnis gratiæ Christus?

Canon 3.

200. Concilium Tridentinum aërem verberare, cum dam-
nat Lutheranos, quod omnia Sacra menta faciant paria, cum
præter Cœnam & Aquam, cætera nec Sacra menta quidem fac-
iant, adeò præ affectione nesciisse Patres illos, quid vel quos da-
mnarent. *Kemnit. pag. 17.* At næ ipsi præ affectione quid loquan-
tar, nesciunt? Neque enim Concilium ad numerum respexit se-
ptenarium, quem negantes, canone 1. damnauerat, sed ad digni-
tatem duntaxat, quam nec inter Baptismum quidem & Eucha-
ristiam Lutherus agnoscit.

201. Concilium Tridentinum, non alios supradicto Ca-
none damnare, quæm suos Scholasticos, qui finxerunt reliqua
Sacra menta, non minus ac Baptismum & Eucharistiam, verè ac
propriè esse Sacra menta. *Kemnit. loco citat.* Minimè: Eos enim
damnat, qui nec Baptismum quidem ab Eucharistia dignitate
secernunt.

202. Concilium præfato canone non aliud voluisse stabi-
lire, quæm veteres illas contumelias, de dignitate Chris matis &
Ordinis, suprà Matrimonium. *Kemnit.* Vaniloquia sunt omnia,
quæ hoc loco assert Kemnitius, Neq; enim aliud Concilium de-
finit, quæm Sacra menta diuersis respectibus, alterum altero esse
dignius, quod nemo negat Catholicus.

DE